



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

Vorwort

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**



MARCVLFI  
MONACHI  
FORMVLARVM  
LIBRI DVØ.



OMINO sancto,  
meriti beatissimo &  
Aposolico sēper ho-  
nore suscipiendo, om-  
niq̄ præconio laudis  
celerando, Domino  
ac reuerētissimo Papæ Landericō, Mar-  
culus vltimus ac vilissimus omnium mo-  
nachorum. Vtinam, anctē pater, ius-  
sioni vestræ tam efficaciter quàm  
spontaneè obtemperare valuissem,  
quia iam supra vire: meæ possibili-  
tatis conatus sum injunctum à vo-  
bis subire negotium, cum fere se-

A

ptuaginta aut amplius annos expleam viuendi : nec iam tremula ad scribendum manus est apta, nec ad videndum mihi oculi sufficiunt caligantes, nec ad cogitandum sufficit ebetudo. Quia iuxta dictum vobis cuiusdam prudentissimi viri : in pueris crescit sensus, in iuuenibus viget, in senibus minuitur. Propterea eleganter facere non potui vt volui, feci tanen ordinatè vt potui, non solum e. quæ iussistis, verum etiam multa aia in hac scedola tam præceptiones regales, quam cartas pagenses, iuxtâ simplicitatis & rusticitatis meæ naturam intimare curavi. Scio enim multos fore, & vos & alios prudentissimos viros & eloquentissimos ac rhetores & ad dictandum peritos, qui ista si legerint pro minima & velut deliramenta, eorum comparata sapientiæ reputabunt, vel certe legere dedigna-

buntur. Sed ego nō pro talib. viris,<sup>3</sup>  
sed ad exercenda initia puerorum  
vt potui apertè & simpliciter scri-  
psi, vt cui libuerit, is exinde aliqua  
exemplando faciat. Si vero displi-  
cet, nemo cogit inuitum, nec præ-  
iudicat mea rusticitas eruditorum  
& rhetorum floribus verborum &  
eloquenti facundię. Sunt propterea  
nonnulla negotia hominum, tam  
in palatio quam in pago, quæ scribi  
non queunt antequā inuicem con-  
ferantur, & iuxta propositiones vel  
responſiones eloquia eorum tunc  
scribantur & gesta. Ego vero hæc  
quæ apud maiores meos, iuxta con-  
suetudinem loci quo degimus, di-  
dici, vel ex sensu proprio cogitavi,  
vt potui coaceruare in vnum cura-  
ui, & capitula prænotavi, vt facilius  
quod voluerit à quærenti inanteà  
scripto reperiantur.

A ij